

Α' βροτονινον.

ABROTONINUM.

CAP. XLIX.

OLei cyprini odoribus imbuti libris novem & quincunce, foliorum abrotoni libras octo die novemque madefactas, premito. Quod si in longum tempus oleum velis asservari, ejectis prioribus foliis, nova appones, & macerata exprimes. Calfacit: ad vulvæ duritias, præclusionesque efficax est: menstrua, & secundas pellit.

Α' νηθινον.

ANETHINUM.

CAP. L.

† παλαιῶν
i. antiqui.
leg. Orib.
Conclusa
leg. Orib.
τὸ αὐτὸ, i.
tantun-
dem.

OLei † libris octo & dodrante florum anethi [libras undecim & bessem,] maceratas in oleo die unâ, manibus premito, & recondito. Quod si iterum perfundere velis, recentes anethi flores consimiliter madefacito. Vulvarum duritias emollit, venarum spiracula laxat, contra horrores febrium circuitu redeuntes auxiliatur: calfacit enim & lassitudines discutit: prodest articulorum doloribus.

Συσινον.

SUSINUM.

CAP. LI.

Susinum, quod alii liliinum appellant, sic temperatur. Olei libræ novem cum quincunce, calami libræ quinque & quadrans, myrrhæ uncia quinque, permisto odorifero vino decoquuntur, & colato oleo, cardamomi tufi & celesti aquâ madefacti libræ tres & semis macerantur premunturque, tres libræ cum semisse spissati olei assumuntur: mille lilia deceptis foliis, in latum, non tamen profundum labellum demittuntur: injectum oleum manibus melle perunctis agitur: diè noctuq; conquiescunt, & in pyxidem matutinis exprimuntur, quod defluet oleum, protinus ab aqua, quæ simul expressa fuerat, colo incerni oportet: non enim, ut rosaceum moram tolerat; nam concalfactum fervet, & computrescit; quare sæpius decapulandum. Vasa melle illinenda, tenuis sal inspergendus, & si qua sordes vasis faucibus hæsit, eximenda. Odoramentis jam expressis ex quasillo in labellum transfusis, rursus olei prius odoribus imbuendi, quod primum pondus æquet, & cardamomi tufi drachmæ decem conjiciuntur. Hæc manibus scite pressa, interjecta brevi morâ exprimuntur: quod profluit, repurgatur. Tertio eadem infunduntur, adjecto cardamomo, & sale, & manibus melle madefactis. Longè optimum erit, quod prius exprimitur: secundum, quod sequitur: tertium locum sibi vendicat, quod novissimum prodit. Denuo in mille lilia evulsis foliis expressum primò oleum infunditur: tum eadem ratione prosequendum, idemq; faciendum, ut prius: addito cardamomo, dein expresso, fac eadem in secundo, & tertio, ut dictum est: & quò frequentius recentia lilia maceraveris, eò validius unguentum efficies. Denique cum factum abundè videbitur, singulis compositionibus miscere convenit myrrhæ quàm optimæ duas & septuaginta drachmas, & croci decem, cardamomi quinque & septuaginta. Croci verò, & cinnamomi pares portiones tunduntur, & cribratæ in lutram cum aqua demittuntur, expressumque primò unguentum infunditur, & paulò post excipiuntur vasculis siccis, myrrhâ, aut gummi antea perfusis, & croco, & melle, & aquâ madefactis. Eadem sunt in altera, aut tertia expressione. Aliqui simplex ex balanino, aliove oleo, & liliis componunt. Optimum esse constat in Phœnice, mox Ægypto factum, sed cum primis laudatur, quod lilia redoler. Excalfacit, emollit: vulvæ præclusiones, & collectiones aperit: utilissimum ad muliebria mala: ulcera in capite manantia, fervidas eruptiones, varos, furfuresque emendat: vibices, cicatricesque celerrimè ad colorem reducit, ita ut sæpè fallant. In summa extenuat: potum, bilem per alvum extrahit, urinam ciet: sed stomacho alienum est, & nauseam parit.

Antiq.
eod. legi.
ψύδιον &
φλαγγίνον.
i. frigidi-
tates
& infla-
matio-
nes.

Hoc, quod ex liliis temperatur: illud item, quod ex ocimo, abrotono, anethoq; conficitur oleum, cum uniuscujusque parandiratio per se clara sit, ideo nostris explanationibus non indigent. Caterum Susini compositio mihi quidem pluribus in locis librorum potius, quàm auctoris incuria depravata videtur.

Ναρκισσινον.

NARCISSINUM.

CAP. LII.

Narcissini spissamenta ita sunt. Sex libræ aspalathi cum sextante tunduntur: olei elori libræ septuaginta cum vnciis quinque assumuntur. Aspalathus aqua madefactus in tertia olei parte coquitur: quo exempto, calamus quinque libris & besse adjicitur, cum myrrhæ gleba contunditur, cribrataque ac vino veteri odorato immista, decoquitur: simulac autem cum iis effervuerit, eximitur: refrigeratum oleum excolatur, cujus portio in labellum mittitur, flores narcissi quàm plurimi conjiciuntur, qui bidui spatio (ut in susino dictum est) permoti exprimuntur. Oleum subinde decapulandum, siquidem celerrimè putredinem sentit. Valet hoc ad emolliendas vulvæ duritias, præclusionesque: sed capitis dolores facit.

Narcissinum, quod ego sciam, non paratur nostratibus myropolis, quod mirum non est, cum id etiam Plinii ætate parari desisset, ut ipse libro x l i i . cap. primo memoria prodidit.

Κρόκινον.

CROCINUM.

CAP. LIII.

Cum Crocinum componere voles, prius olei, ut in susino diximus, spissamenta facies, eisdem ponderibus, & mensuris: cujus olei libras tres & semissem, croci unciam unam assumes: identidem quotidie moveto, & sextâ die, quàm hoc assidue peregeris, oleum, à croco colis incernito, eidem croco parem olei modum adjicito: move triduo, dein contusæ myrrhæ, atq; cribratæ drachmas quadraginta permisceto, & in pila agitatam recondito. Aliqui oleo aromatibus ad cyprinum imbuto in crocini compositione utuntur. Optimum est, quod abundè crocum spirat, in medendi usu expetitur. Proximum quod myrrham

myrrham refert. Calfacit, somnum allicit: quare perſæpe phreneticis ſubuenit perſuſum, aut naribus ad-
motum, aut illitum: pus movet, ulcera purgat: contra vulvæ duritias, atq; præcluſiones, & ulcera quæ ca-
coëthe vocantur, prædeſt cum croco, cera, medulla, duplicato olei pondere: concoquit enim, emollit, hu-
meſtat, & permulcet, ad oculorum glaucitates ex aqua illinitur: huic autem proportionem reſpondent bu-
tyrinum, onychinum, & ſtyracinum: quæ etſi nominibus diſtant, viribus, & compoſitione cognata ſunt.

Κύπρινον.

CYPRINUM.

CAP. LIIII.

10 O Lei omphacini eloti pars una, aquæ cœleſtis tantundem cum ſemiſſe, cujus una parte oleum dilui-
tur, altera adjiciendis odoramentis admisceſtur. Dein aſſumptis aſpalathi libris quinque & ſemiſſe,
calami libris ſex & ſemiſſe, mirrhæ libra una, cardamomi libris tribus & dodrante, olei libris no-
vem, & unciis quinque; aſpalathus tuſus, & aqua aſſuſus decoquitur in oleo, donec conſerveſcat: myrrhæ
autem vino vetere odorifero ſubaſta, contuſusq; ſimul calamus, digerentur in oſſulas, quæ exempto
aſpalatho immittuntur, & ubi efferbuerint, ſublato atheno oleum percolatur. Cardamomum tuſum reli-
qua aqua aſperſum infunditur, ſpatha agitur, nulla, dum refrigerit, interpellatione. Poſt hæc colato
oleo in viginti oſto libras olei, ſloris liguſtri, quod cyprum vocant, ſex & quadraginta libræ cum beſſe
inſtillantur, quæ ſufficienter madefactæ per ſportulam exprimuntur. Quod ſi copioſius deſideretur,
idem recentium ſlorum pondus injeſtum ſimili modo prematur: & iterum aut tertio, ſi quis velit, mada-
facere poterit, & ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod cum odoris ſuavitate nares feriat:
20 aliqui cinnamomum addunt. Calfacit, emollit: ora venarum adaperit: vulvæ, nervorumq; vitiis con-
venit, pleuriticis, fractisq;, per ſe, vel cerato immiſtum: malagmatis imponi ſolet, quæ opithoronicis,
angina laborantibus, inflammationiq; inguinum opitulantur: item in acopa adiciſtur.

Ίρινον.

IRINUM.

CAP. LV.

30 S Pathæ quàm minutiffimè contuſæ ſex libras cum beſſe, in tribus & ſeptuaginta libris & quincunce
olei, æreo vaſe, additis decem aquæ heminis incoquito, quoad odorem acceperit: poſtea in capulam
melle oblitam colato: ex eo aromatibus imbuto oleo, irinum primò temperatur, iride ex oleo inſpiſ-
ſato macerata, ut ſcripſimus. Sed alia eſt componendi ratio. In olei ſeptuaginta libris & quincunce, xy-
lobaſami (ut dictum eſt) contuſi libras quinque, & ſextantem excoquito: poſtea detractò xylobaſamo,
40 tuſi odorati calami novem libras & ſextantem adjicito, & myrrhæ glebam vetere vino odorato perſu-
ſam, & in olei ita odoribus imbuti quatuordecim libris, totidem tuſæ iridis, binis diebus ac noctibus
madefacito ſtrènuè, & vehementer diſtringito. Quod ſi vis validius fieri, par pondus iterum ac tertio ſi-
militer maceratum exprimito. Longè optimum eſt, quod ſolam irim olet, quale illud eſt, quod in Perga
Pamphiliæ, & Elide Achajæ componitur. Vim habet calfaſtoriam, atq; emollientem, cruſtas adimit, ſor-
dida ulcera & putrida purgat: conſert ſcæminis vulvæ cauſariis: item inflammationibus ejuſdem, atque
præcluſionibus: partus ejicit, hæmorrhoidas recludit: contra aurium ſonitus ex aceto, ruta, & amaris
amygdalis, prædeſt: diurnis deſtillationibus, naribus illitum, & contra graveolentia earum ulcera,
quas ozænas vocant, auxiliatur: alvum purgat cyathus epotus: facit ad ilei cruciatus: urinam movet:
40 difficiles vomitiones adjuvat, perunctis eo digitis & immiſſis, vel iis, quæ ad vomitum ciendum indun-
tur: anginæ etiam illinitur, aut ex aqua mulſa gargarizatur: item contra arteriæ ſcabritiam: datur
etiam iis, qui cicutam, coriandrum, aut venena fungorum hauſerunt.

Q uanquam Irini præparatio (eſt enim per ſe clara ſatis) non magis, quàm Crocini, & Liguſtrini explanari expoſta-
lar: illud tamen ſilentio minimè prætereundum videtur, quod non Iridis flores, ſed radices, cum hæ odore fragrant illi ſideratio,
verò malè oleant, in hoc olei ſpiſſamento imponi debent. Quod etſi Dioſcorides non explicaverit, cum tamen unguenta
odorum jucunditate commenduntur, de Iridis radice, non de ſloribus intellexiſſe Dioſcoridem exiſtimandum: quippe quæ
& ſuaviter oleant, & ad unguentorum ſpiſſamentum a ſloribus præſtantes habentur.

Γλεῦκινον.

GLEUCINUM.

CAP. LVI.

50 G Leucinum abſolutè conſtat omphacino oleo, junco odorato, calamo, Celtica nardo, ſpatha, aſpala-
tho, ſertula campana, coſto, & muſto: circumdatis interim vinaceis vaſi, quod aromata, vinum, & o-
leum conceperat. Tricenis diebus bis in die movetur, poſtea expreſſum oleum reconditur. Calfacit,
emollit, remittit: horribus, & nervorum vulvæque vitiis auxiliatur: omni acopo juvantius, quippe
quod emolliat.

M inimè quidem mirari licet, quod Gleucini parandi rationem ſimplicem appellaverit Dioſcorides. Siquidem alia ha-
bentur unguentorum compoſitiones, quæ multò pluribus ſimplicibus conſtant odoramentis, ſicuti Columella libr. 1. cap. 1. aperitè indicat. Caterum non poteſt Gleucinum (ſi rectè admiſta ſimplicia conſiderentur) non vehe-
60 menter excalfacere: tamen ſi Plinius libr. x. x. 111. cap. 14. id tum adſtruat, tum refrigerare ſcripſerit. Quod evidenti ar-
gumento eſt, aut Plinii gleucinum, ſive muſteum, ab hoc Dioſcoridis, & Columella diverſum eſſe, aut Plinium non exatè
illius temperamentum perpendiſſe. Verùm cum in libr. x. v. cap. 11. ſcribat, gleucino muſtum incoqui in vapore lento non
ut alia admodum igne, ſed circumdatis vinaceis per ſe calentibus, videretur non parum cum Dioſcoride convenire. Quamobrem Plinii la-
crediderim potius Plinium, cum dixit gleucinum refrigerare, lapſum fuiſſe, quam ſecus. Nam etſi oleum omphacinum, plu-
cum quo muſteum conſciſcitur, tantum (ut Galenus inquit) frigidiſſimè, quantum adſtrictionis habeat: cum tamen ſit alia-
rum qualitatibus ſuſceptivum, fieri quidem non poteſt, quin admiſtiſſa calidi odoramentis, puta cypero, calamo odorato,
Celtica nardo, dactylorum operimento, aſpalatho, meliloto, & coſto, valde calidum evadat. Quippe eadem ratione aqua,
cum frigida admodum ſit, temperamentum permutat (ut Galenus aſſeruit, & experimento comprobatur) cum calida in
ea macerantur medicamenta: quandoquidem & ipſa facile alias recipi qualitates.

Κυπερόν.

Amaracinum longè optimum in Cyzico fieri solet ex omphacino oleo, & balanino : spissamentis è xylobalsamo, junco odorato, & calamo factis: conditisq; amaraci, costi, amomi, nardi, cassiæ, carpo- balsami, & mirrhæ odoribus: aliqui, quò pretiosius fiat, cinnamomum addunt. Mel autem, & vinum as- fumuntur: hoc in vasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatū ossas. Amaracinum calfacit, soporem movet, venarum spiracula aperit, emollit, fervorem excitat. urinam cit: putrilaginibus, ac fistu- lis perquam utile: nec non humentibus herniis, postquam medica manus operam suam impenderit: cru- stas, & tetra ulcera, quæ theriomata vocant, rumpit: difficili urinæ illata sede, & ejus inflammationibus auxiliatur: hæmorrhoidas illitu solvit: vulvæ subditum menstruos cursus evocat: duritias, ac vulvæ tu- mores discutit: vulneratis nervis, & musculis confert, laneo centunculo modice madefactum & im- positum.

Amaraci-
cini con-
sideratio.

Superius in sampfuchini commentario abunde de Amaracino à nobis dictum est, quo sit, ut hic de eo plura scribere non sit opus. Hujus meminit Galenus libro primo de antidotis, dum hedychroon explicat, quod theriaca admiscetur, ubi diffusius de eo agens scribit, quod sui temporis unguentary amaraci loco, ex quo in Cyzico antiquitus parabatur, Marum imponebant, ut majorem expiraret odorem. Caterum se jussisse ait, ut legitimum experiretur amaracinum, id sibi ex solo amaraco preparari, quod etsi odoris fragrantia videretur inferius, non tamen viribus imbecillius fuisse testatur.

Μεγαλινον.

MEGALINUM.

CAP. LVIII.

Factitabatur olim Megalinum, sed nunc compositio exolevit, & prorsus oblitterata est, cujus ad histo- riæ complementum meminisse non fuit alienum. Mistura cum amaracino eadem erat, sed resina exu- perabat, hac tantum ratione differens. Quare leviter emollit. Resina unguentis, neq; turelæ, neq; vo- luptatis gratia adijcitur. sed coloris, crassamentiq; causa. Ea tantisper coquitur, dum desinat olere: cujus coquendæ ratio declarabitur, cum de resina differemus.

ΗΉΔΥΧΡΟΝ.

HEDYCHROVM.

CAP. LIX.

Quod Hedychroon vocant, in Co fieri solet: eisdem præditum viribus, & misturis, quibus amaraci- num, sed suavius spirat.

Hedy-
chroi cō-
positio ex
Galeno.

Hedychroi compositionis meminit Galenus libro primo de antidotis, cum omnia, qua continet, odoramenta vino sub- acta Andromachi theriaca recipiat. Caterum etsi hedychroi parandi rationes plures dicat reperiri, unam tamen elegit, quam hoc modo descripsit. Hedychroon habet mari drachmas duas: asari, amaraci, asspalathi, schœni, calami odo- rati, pbi pontici totidem: xylobalsami verò, & opobalsami, cinnamomi, costi, singulorum drachmas tres: myrrha drach- mas sex, totidem solij malabathrini, nardi Indici, croci, cassiæ: duplo autem plus amomi, advecta verò ex Chio abundante plurimis fontibus insula, mastiches drachmam unam: vino salerno omnia excipe. Cum igitur hac miscueris, fac trochiscos similes theriacis, & scillinis, quos exiccabis eo modo, quo diximus. Productus fuit Galenus, ut hunc parandi modum descri- beret, tum quod Andromachus hedychroon (ut inquit) nullibi literis mandaverit: tum etiam ut rei medica imperitos do- ceret, quidnam esset hedychroon in theriaca preparatione, ne in eorum errorem caderent, in quem sua ætate medicum quendam Romæ lapsum fuisse commemorat: qui compositurus antidotum, quærebatur apud myropolas Hedychroon, exi- stimans esse herbam, aut radicem, aut quodpiam simplex medicamentum, id quod etiam hac nostra tempestate quam plu- rimis evenisse comperimus. Avicenna, & ceteri Arabica familia scriptores in sua theriaca compositione hedychroon tro- chiscos Alindaracaron appellare: tradentes varias eorum compositiones, in simplicibus medicamentis, pondere & men- suris à Galeni doctrina plurimum differentes. Quare mirari non licet, si jamdiu legitima Theriaca compositio infelicitè successerit, cum & ab Arabibus, & à myropolis, adulterinis medicamentis fuerit depravata.

Alinda-
racaron
Avicen.
Theriaca
deprava-
tio.

Μετοπίον.

METOPIVM.

CAP. LX.

Fit in Aegypto unguentum, quod Metopion patrio nomine appellatur, propter galbani mitionem: nam lignum, in quo galbanum enascitur, metopion vocant. Constat amygdalis amaris, omphacino oleo, cardamomo, odorato junco, calamo, melle, vino, myrrha, balsami semine, galbano, & resina. Pro- batur pingue, gravi odore, quod magis cardamomum, & mirram, quam galbanum respiciat. Calfacit vehementer, & adurit, atq; extrahit: ora venarum aperit: ulcera purgat, extrahitque: ad præcisos ner- vos, & musculos, ad hernias humore contractas, cum erodentibus medicamentis efficax est: ceratis, & malagmatis inferitur: horroribus, convulsisque, præsertim quibus cervix in scapulas dejecta, & retror- sum contracta est, utile habetur: sudores ciet, vulvæ spiracula recludit, & ejusdem duritias laxat. In summa molliendi naturam habet.

Μενδίσιον.

MENDESIUM.

CAP. LXI.

Mendesium constat balanino oleo, mirrha, cassia, & resina. Aliqui tamen post singulorum pondera, cinnamomi exiguum addunt, nullo compendio: nam quæ simul excocta non fuere, vim nullam exhibent. Similem metopio vim obtinet, sed inferiorem multò.

Στακίς.

STACTE.

CAP. LXII.

Alas, val-
de non
leg. Ori.

Stacte vocatur pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tusæ, & organo expressæ. Ea perquam odorata ac pretiosa est, atq; unguentum per se facit, quod Stacte nominatur. Maximè probatur, quæ nullam